

riam, futuraq; divinando aucupatur, in præsentibus non magis sibi constat, quàm ad ignem glacies. Scilicet acres illi turbas concivit valida consternatio, magnusq; dolor, quò inundante vel præclarissimas mentes suâ aliquando emotas sede fuisse non hodie primum auditur, cum vetus querela sit, periisse mœstitiâ fortissimos quosque, & stetisse, præ dolore, suspensos, quos ipse terror terruisset nunquam.

Hæc consternatio, hic dolor, hæc ægritudo eò turbulentiùs versat nunc animum, cogitationumq; nexus dissolvit omnes, quò altiori ab causâ videtur immissa, & quò firmioribus constituta fundamentis ita adhæret, ut poenitentiam non modò promittat durationem, sed & in duratione tantum

tum